



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 100. Edictum Regis contra Fœderis Duces, & Fœderatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

§. C.

*Editum Regis contra fœderis Duces,  
& Fœderatos.*

*Thuan.* &  
*Davil* l. c.  
*Spond.* n. 6.  
*Mem. de la* tum  
*Lig.* t. 3.  
*Journal de* tuit,  
*Henri.* t. 1.  
*pug.* 110.

Rex cum pacem sperare haud posse,  
nec fœderis Duces, nec sum-  
mum Pontificem sibi reconciliare vale-  
ret, arma in rebelles convertere fa-  
cere, ac præprimis exeunte Mense Fe-  
bruario contra eos edictum promulga-  
tum, quo Maduanum, & Aumalium  
Duces, necnon Aumalium Equitem  
ejus Fratrem, illorumque sautores tan-  
quam summæ perduellionis reos decla-  
rabat, nisi prima die Mensis sequentis  
fese submiserint.

Eadem quoque declaratione Rex  
proscriperat omnes Urbes, quæ se-  
fœderatorum partibus addixerunt, at-  
que inter eas præcipue Lutetiam Pa-  
siorum, Aureliam, Ambianum, Ab-  
batis-villam, quæ urbes duntaxat in  
edicto nominabantur, eoquod Rex co-  
terarum rebellionem adhucdum igno-  
rasset: has autem omnibus honoribus  
& privilegiis excidisse declarans earum  
Gubernatores, Magistratus, & Judices  
officio exxit, ac Senatibus, ærarii Cu-  
riis, vectigalium tribunalibus, aliisque  
harum Urbium Ministris injunxit, ut  
ante præfixam diem primam Mensis  
Martii illis excederent, nisi tanquam  
rebel-

rebelles castigari mallent. Sub idem <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
tempus Rex omnibus Principibus, Pro-  
ceribus, atque ex Regni sui Nobilitate  
præcipuis mandabat, ut intra duodeci-  
mam Mensis Martii diem unacum suis  
copiis Regem adirent.

A.C. 1589.

§. CI.

*Parisiensis Senatus Turonium trans-  
latus.*

Priusquam Rex Blesis discesserat, alio *Thuan. l.c.*  
editto Parisiensem Senatum, ac *Mem. l.c.*  
terarii Curiam Turonium transtulit, om-<sup>pag. 239.</sup>  
nibusque Præsidibus, ac Senatoribus,  
quocunque demum loco essent, injun-  
xit, ut nulla mora ad hanc urbem con-  
tenderent, ibidemque sua munia exer-  
cerent: insuper litigantium partibus in-  
hibuit, ne coram aliis Judicibus com-  
parerent, indicta doli poena in eos, qui  
hanc legem transgressi fuerint. Postea  
Rex illos, quos captos tenebat, in tuto  
collocari iusit, quapropter Borbonium  
Cardinalem valido milite stipatum ad  
Cainoneisem arcem Vigenna flumine  
vehi, eumque Francisci Caviginii, qui hu-  
jus arcis Gubernator erat, custodiæ com-  
mitti præcepit: Ellobovius vero Dux a  
Gaillardo Sallermio custodiendus Lo-  
chiam deducebatur, ac Jonvilla Prin-  
ceps Turonensi arcis inclusus Roureo  
cujusdam centuriæ Tribuno tradebatur,

Xx 4 & de-